ADDITIONES.

Poſſit teſtari.] Adde hic, quod ſicut vſurarius manifeſtus prohibetur teſtari, prohibetur etiam cauſa mortis donare: hanc magis communem vide per Alex. in l.diſertus nu. 2. C. qui teſtam. fac. poſſunt. Et de cautelis vide per Duran. de art. teſt. tit. 1. caut. 7. Et dixi in collec. mea commun. opin. verb. vſurarius, nu. 7. Item quis dicatur vſurarius manifeſtus, habes ibid. nu. 4. & 5. quia non tranſcribo. Vide etiam de illa q. per eund. §. donatio. q. 7. *Giach.*

*Poſſit teſtari.*] Vide latius Gabr. concluſ. 3. de teſtament. à quo multas tum ampliationes tum limitationes addiſces, & an teſtamentum factum priuſquam vſuras exercet, ſuſtineatur, vide Ceph. conſ. 420. nu. 14. vol. 3. *Gouean.*

*An vſurarius manifeſtus poſſit teſtari.*] Mani-
1 feſtum † vſurarium, ſeu fęneratorem teſtari non poſſe, niſi cautione de reſtituendis vſuris prius præſtat ex cap. quanquam 2. circa finem. vbi Ioan. Andreæ, & Canoniſtæ, de vſur. in 6. Vaſquius de ſucceſſ. progreſſ. libr. 1. §. 1. nu. 178. Michael Graſſ. lib. 1. recept. ſent. §. teſtamentum, quæſt. 33. num. 1 Couar. ad rubr. de teſtament. par. 3. num. 11. & li. 3. var. reſolut. c. 13. nu. 9.
2 Eiuſque † ratio eſt vſuræ ipſius fœditas, & labes maxima: quæ ſane tanta eſt, vt (ſecundum canones) reo iſtius criminis nõ tantum ſepultura eccleſiaſtica denegetur: ſed & præterea is excommunicetur; adeoque plane inteſtabilis reddatur. d. c. 2. in princ. de vſur. in 6. Clem. 1. de ſepultur. Panorm. conſ. 1. lib. 2. eumque citans Nicolaus Reuſner. in tract. de iure teſtamen. par. 2. c. 47. nu. 2. *Harprec.*

QVÆSTIO XXVI.

1 *Qværo, an vſurarius manifeſtus poſſit* a *teſtari? Reſpo. quod ſic: dummodo præſtet cautionem de reſtituendis vſuris, iuxta formam c. quanquam, de vſur. in 6. Quis autem dicatur vſurarius manifeſtus, dixi infr. lib. 5. §. vſura. verſ. Sed hic quæro.*

2 *Sed quæro, quia ille tex. ſimpliciter requirit, quod præſtetur idonea cautio, nunquid* b *ſufficiat nuda cautio, an autem requiratur pignoratitia, vel fideiuſſoria? Reſp. quod requiruntur pignora, vel fideiußores. Ita tenet glo. in d. c. quanquam in verbo, Idonea: quam dicit eſſe communiter receptam Dida. lib. 3. reſol. c. 3. nu. 6.*

3 *Sed pone, quod conditum ſit teſtamentum non præſtita cautione; iuxta formam d. c. quanquam, ſed poſt teſtamentum præſtetur talis cautio, nunquid teſtamentum ipſum, præſtita ex poſt facto cautione, reconualeſcet? Reſp. quod in hoc articulo magna eſt controuerſia inter ſcribentes: tamen magis cõ*c *munis* c *opi. eſt, quod reconualeſcat; vt atteſtatur Alexan. in l. Gallus, §. ille caſus, num. 8. licet dicat, quod contraria opinio eſt de iure ſuſtentabilior. Eandem opi. dicit eſſe communem Felin. in c. cum dilectus, n. 3. de accuſ. Dec. in l. quod in initio, nu. 12. ff. de reg. iur. Didac. d. cap. 3. poſt. n. 9. verſ. 12. hoc. Et hæc opinio tanquam æquior tenenda eſſet in practica.*

4 *Item quæro, ſi* d *vſurarius manifeſtus deſinat exercere vſuras, nunquid in eo locum habebit diſpoſitio d. c. quanquam; vt ſcilicet non poſſit teſtari, niſi præſtita cautione? Reſpondeo* e *quod ſic. Et hæc eſt magis commun. opi. vt atteſtatur Soc. conſ. 127. ante nu. 1. lib. 3. & etiam tutior animæ, propterea iudicando, aut conſulendo non eſſet ab ea recedendum. Certum eſt enim, quod etiam, quod quis deſinat fœnerari, non tamen propterea deſinit eſſe vſurarius, ut dixi infra, li. 5. §. vſur. verſ. Vltimo quæro. Sed iſtam concluſionem intellige, vt procedat in vſurario, qui vſuras non reſtituit. Nam ſi vſuras reſtituiſſet, & deſijßet fænerari, vtique poſſet condere teſtamentum; eſſet enim ſuperflua cautio pro reſtituendis vſuris, ſi iam facta eſſet reſtitutio.*

5 *Quæro etiam,* f *nunquid diſpoſitio d. c. quanquam. habeat*

3 d *Nunquid ſufficiat nuda cautio, &c.*] Quod † d. cap. quanquam 2. de vſur. in 6. non de ſimplici ſiue nuda, ſed de fideiuſſoria, vel pignoratitia cautione accipi debeat vltra, gl. & Couar. hic allegatos, tenent Ant. Gabriel Roman. commun. concluſ. lib. 4. tit. de teſtam. concluſ. 3. nu. 10. & Graſſ. d. §. teſtam. q. 33. num. 8. *Harprec.*

4 c *Magis communis opinio eſt, quod reconualeſcat.*] Quod † teſtamentum vſurarij manifeſti ſine conditione prædicta præſtita conditum reconualeſcat, ſi poſtea ex interuallo præſtetur, poſt alios a ſe memoratos, affirmat Craſſus d. q. 33. nu. 4. verſic. contrarium vero, &c. vbi nu. 5. ſubijcit, hoc adeo verum eſſe, vt ſufficiat, etiamſi teſtator dimittat procuratorem ad præſtandã iſtam cautionem, per notata Angeli diſputatio. incip. Aſtenſis miles, q. 21. Viuij commun. opin. lib. 1. verb. vſurarius, & Ioan. Dilecti Durantis in tract. de arte teſtandi. tit. 1. cautel. 7. num. 2. *Harprec.*

d *Si vſurarius manifeſtus deſinat exercere vſuras.*] Conclu-
5 ſio, qua † aſtruitur, vſurarium manifeſtum non poſſe teſtari, niſi præſtita cautione de ſoluendis, & reſtituendis vſuris, procedit non tantum in eo, qui tempore teſtamenti eſt vſurarius manifeſtus, ſed etiam in eo, qui iſto tempore artem fęneratitiam intermiſit: vt poſt Ang. in d. q. 12. Couar. d. lib. 3. var. reſol. c. 3. num. 9 & verſ. nono, &c. Ant. Gabr. d. concl. 3. num. 9. annotauit,
6 Graſſus d. q. 33. num. 2. At † quid, ſi vſurarius manifeſtus, præſtita prius cautione, teſtamentum rite fecit, & tamen poſt teſtamentum ſecrete vitium vſurarum continuauit; ecquid teſtamentum valebit? Tale teſtamentum non valere, ſed irritari, merito reſponderunt Ang. d. diſput. Aſtenſis miles, q. 13. Bened. Capra tract. regul. concl. 102. n. 159. hoſq; laudans Graſſ. d. q. 33. nu. 3. Haud enim videtur negotiationẽ improbam, ſeu fæneratitiam dimiſiſſe, qui redijt ad vomitum, crimenque reiterauit. *Harprec.*

e *Reſp. quod ſic.*] An idem de excommunicati teſtamento dici poſſit, nimirum illud detenta abſolutione reconualeſcere? vide Hyp. de Marſ. in l. quæſtionis habendæ, nu. 53. 54. ff. de quæſtionis. *Gouean.*

f *Nunquid diſpoſitio d. c. quanquam. habeat locum etiam in Iudæis.*] Iu-
7 dæos, † manifeſtos vſurarios, abſque præſtita cautione idonea de vſuris reſtituendis, teſtari poſſe cõmuniter receptum eſt, vt teſtantur Alexan. conſ. 6. vol. 6. Ant. Gabr. d. concl. 3. nu. 8. Viuius commun. opi. lib. 1. in verb. vſurarius. Graſſ. d. q. 33. num. 6. & Reuſ. d. part. 2. de iure teſtam. c. 47. num. 15. Tametſi contrarium defendat Couar. d. c. 3. n. 9. verſ.
8 ſeptimo, &c. Illa † quæſtio non inutilis hic addenda eſt: an mercator, qui merces carius vendit, ſi ſolutio differatur, quam ſi præſenti pecunia numeretur, pro manifeſto vſurario haberi debeat, ita vt in crimen prauitatis vſurariæ, adeoque in pœnam dicti c. quanquam 2. de vſur. in 6. quo teſtamentum vſurarij irritum eſſe ſtatuitur, incidat? Et illum incidere, ſicque tanquam manifeſtum vſurarium teſtari non poſſe, volunt Panormit. conſil. 22. lib. 1. & Andr. Sicul. conſil 96. col. 5. libr. 4.
9 Sed † contrarium, ſaltem conſuetudine ita dictante, verius propterea eſſe videtur: tum quod pœna iſthæc odioſa ſit, & auferat hominibus teſtandi libertatem, quæ omni iure conceſ-
10 ſa eſt l. 1. Cod. de ſacroſ. Eccl. & ſimilibus tum quod † Reip. maxime interſit, vt teſtamenta ſuum ſortiantur effectum, l. vel negare 4. ff. teſtament. quemadm. aperiant. Sicuti & alias celebrans contractum, qui communiter pro licito habetur, quamuis alioquin iſte contractatus vſurariam ſapiat prauitatem, non idcirco tamen vſurarius manifeſtus dicitur, arg. l. quis ſit fugitiuus 17. §. apud Labeonem 12. ff. de ædilit. edict. Dec. in l. 1. num. 17. verſ. ſed certe iſta concluſio, & in l. procurator
11 7. num. 7. Cod. de edend. Siquidem † contractus ex conſuetudine licitus, & permiſſus iudicatur, arg. l. quid ergo 3. §. 1. ibi, vel his, quæ in regione obſeruantur. ff. de contrar. & vti. act. tut. l. tutor, qui repertorium 7. §. quæ autem ſunt. 10. verſ. ex ceteris cauſis ſecundum morem prouinciæ, ff. de admin. & peric. tutor. l. cum ſeruus 39. §. apud Iulianum. 1. verſ. in vſurarũ autẽ quãtitate mos regionis erit ſequendus. ff. de leg. 1. l. 1. in princ.



princ. ibi, ex more regionis, & l. in contraria. 37. ibi, quæ in regione frequentatur, ff. de vſur. Rolan. a Valle conſ. 75. num. 43. lib. 1. & conſ. 96. num. 26. lib. 2. Straccha in tract. de mercat. par. 1. num. 38. Reuſner. d. part. 2. de iure teſt. c. 47. num. vltim. *Harprec.*

g *locum etiam in Iudæis? Reſp.* g *quod non: ſed eorum teſtamenta valent, etiã ſi publice exerceant vſurariam prauitatem. Et ita videmus cõmuniter obſeruari, vt dicit Aret. conſil. 58. in vltimis verbis. Cum n. Iudæi ſint extra gremium Eccleſiæ, non eſt de eis curandũ, vt dixi ſupra lib. 2. §. Iudæus.*

*Quæro, an vſurarius manifeſtus poſſit donare cauſa mortis, dixi infra lib. 4. §. Donatio. quæſt. 7.*

g *Reſpond. quod non.*] Adde Alexand. conſil. 6. volum. 6. Socin. conſilio 70. 71. 72. volum. 7. Hi. ſin. 609. *Gouean.*

QVÆSTIO XXVII.

SVMMARIA.

Ex Claro.

1 *Prælatus aut Clericus an poſſit teſtari.*
2 *Et an de bonis ſuis patrimonialibus, ſi nullos habeat propinquos poſſint teſtari.*
3 *Et quid de bonis quæſitis poſt adeptum beneficium, ſeu prælaturam.*
4 *Et quid de bonis Eccleſiæ.*
5 *Et an poſſit dare licentiam Clerico teſtandi de bonis Eccleſiæ.*
6 *Et quid de bonis quæſitis ex fructibus Eccleſiæ.*
7 *Et an Papa poſſit concedere Prælatis, vt de huiuſmodi bonis*
8 *Et quid de fructibus extantib. collectis in bonis Eccleſiæ.*
9 *Et an Clericus decedens ab inteſtato tales fructus ad hæredes ſuos tranſmittat.*
10 *Et an Clericus poſſit de quotidianis diſtributionib. teſtari.*

Ex Additionibus.

1 *Clerici, qui, & vnde dicti.*
2 *Prælatus, vel clericus quatenus teſtari poſſit.*
3 *An Papa queat dare clerico licentiam teſtandi de bonis Eccleſiæ, remiſſiue.*
4 *Quatenus pontifex ipſe teſtari valeat.*
5 *Imperator de rebus ad Imperium pertinentibus teſtari nequit.*

ADDITIONES.

a Clericus.] Quæro hic, an Clericus teneatur ad ſui prædeceſſoris debita; Item & an ad fructus male perceptos, vide per Boer. deciſ. 204. nu. 48. 49. vbi quod ſic in debitis realibus non contractis poſt tranſitũ, alias ſecus. Item tenetur Clericus ad ſumptus medicinarum ſui prædeceſſoris, vt habetur per Iaſ. in conſil. 122. in 2. vol. quem ibi vide. Sed quis dicatur Clericus; vide Cagno. in l. 2. num. 21. ff. de orig. iur. & Clericorum priuilegia vide per Card. in Clem. 1 de vit. & honeſt. cler. & Bertac. verb. clericorum priuilegia. *Giach.*

*Nunquid prælatus aut clericus poſſit teſtari.*] Hic
1 addendum, quod † clerici intelligãtur ſacerdotes Eccleſiæ, ſic dicti, vel quia cleri, id eſt, populi à Deo electi curã gerãt: vel quia ſorte diuina electi, id eſt, à Deo vocati & ordinati ſint. Etenim κλῆρος idẽ eſt Græcis, quod ſors Latinis & ideo clerici appellãtur; quia de ſorte Dñi partem habent, vt vult Iſidorus. in can. 1. Diſt. 21. in princ. vbi clericorum nomina, & gradus exponit. *Harprec.*

b *Ipſius clerici.*] Hic aduerte, quod cognitio, an quis ſit Clericus, vel ne, non ſpectat ad iudicẽ Eccleſiaſticum, per Rol. in conſ. 4. nu. 20. vbi concordantes conuocat, quibus adde vt per Campeg. reg. 437. nu. 2. Idem de veſtib. per Rol. ibi. nu. 27. & 33. Item clericum quem non eſſe, qũo probetur? vide Boer. deciſ. 171. *Giach.*

QVÆST. XXVII.

1 *Qværo nũquid Prælatus, aut Clericus* a *poſſit teſtari? Hæc eſt pulchra quæſtio, & ſæpiſſime contingit in practica. Præmitto ergo in primis pro intelligentia eorum, quæ dicenda ſunt, quod in hoc propoſito poſſunt conſiderari quinque genera bonorum: ſcilicet; Bona propria ſeu patrimonia-*
b *lia ipſius Clerici,* b *ſiue Prælati. Item, bona Eccleſiæ, ſiue beneficij. Item, bona quæſita ex fructibus Eccleſiæ. Item, fructus collecti in bonis Eccleſiæ. Item, quotidianæ diſtributiones quas Clericus percipit in ipſa Eccleſia.*

2 *Circa bona patrimonialia*
c *videtur abſolute dicendum, quod quilibet Clericus, ſiue Prælatus, poſſit de eis ad ſui libitum diſponere, & teſtari; intellige, quando ſunt quæſita ante clericatum, vt ſtatim ſubijciam. Et hæc quidem concluſio de plano procedit, quando Prælatus habet filios, vel propinquos. Sed quid ſi nullos habeat propinquos, nunquid poterit in bonis ſuis patrimonialibus extraneum hæredem inſtituere, & eum Eccleſiæ præferre? Dubium facit text. in cap. Epiſcopus qui filios 12. quæſt. 2. ibi. alium, quam Eccleſiam non relinquat hæredem. Sed dic, quod ille text. eſt potius conſilij, quam præcepti, vt ſentit gl. ibi; & ideo tene, quod poterit Prælatus teſtando præferre extraneum Eccleſiæ, & iſta eſt communis opin. vt atteſtatur Barbat. de præſtantia Card. in 3. q. baſilica primæ partis, poſt num. 40. verſ. Nunc venio. quę etiã eſt ęquior: vt ſcilicet vnuſquiſque liberam de bonis ſuis diſponendi habeat facultatem.*

*Sed quid dicendum de bonis patrimonialibus, quæſitis, poſtquam Clericus ad beneficium, ſeu prælaturam fuit promotus, nunquid etiam de illis poterit teſtari? Reſpon. Aut conſtat, quod Prælatus, vel Clericus, illa acquiſiuit ex patrimonio Eccleſiæ, vti eius contemplatione, & tunc nõ poteſt Clericus de eis teſtari: talia enim bona Eccleſiæ ſunt quæſita, non autem ipſi Clerico, aut Prælato. Aut vero conſtat, quod illa acquiſiuit ex ſuis laboribus, vel induſtria: & tunc efficiuntur propria ipſius Clerici, & conſequenter poterit de eis teſtari. Et hęc eſt cõmunis opi. vt dicit Corn. conſ. 314 in littera A. lib. 3. Sed quid ſi*
d *nihil probetur? Reſp. quod* d *in dubio, alio non docto, præſumptio eſt, quod ſint quæſita intuitu Eccleſię. Ita tenet Ioan. Andr. in c. 3. de teſtam. quem ſequuntur communiter Doctores, vt ait Soc. conſ. 91. num. 1. lib. 3. Dicit etiam Alber. in Auth. licentiam, poſt nu. 3. C. de Epiſc. & cler. quod ita tenent communiter Can. Et hanc opin. dicit eſſe cõmunem Corn. conſ. 88. in lit. R. lib. 2. & in*

c *Circa bona patrimonialia videtur abſolute di-*
2 *cendum, &c.*] De † bonis patrimonialib. vel hæreditarijs, vt ſunt hæreditates, legata, donationes, & ſimilia, poteſt Prælatus, Epiſcopus, vel clericus teſtari, & hæredem, quem velit, inſtituere, etiam ſi filios, vel propinquos non habeat: nec eccleſiã hæredem relinquere tenetur. Idque procedit nõ ſolum in bonis, quæ habuit ante clericatũ, ſed etiam in poſtea acquiſitis, ex ſuo tamen labore, & induſtria. Nam de bonis ex patrimonio eccleſiæ, vel contemplatione eius acquiſitis, teſtari prælatus, vel clericus non poterit; vt poſt Clar. noſtrum Didac. Couar. Viui. & alios, fuſius docent Michael Graſſ. lib. 1. recept. ſent. §. teſtamentum, q. 34. num. 1. & 2. & Nicol. Reuſn. in tract. de iure teſtamẽtor. part. 2. c. 32. n. 4. 6. & 18. *Harprec.*

e *Quod in dubio.*] Itẽ per clericum acquiſita, de quibus bonis acquiſita cẽſeantur, vel è proprijs, vel ex illis eccleſię? vide clare atq. dilucide explicatum per Menoc. eius ſolemni tract. de arb. iud. caſ. 129. vbi diſtinguẽdo ponit quatuor caſus. Sed quid ſi emit re pro alio, an cenſeatur de bonis eccleſię? vide per Corn. conſ. 288. vol. 4. Quid ſi adſint fructus beneficiorũ, allodalium, &

Eccleſiaſticorum, quomodo fiet diuiſio, & quæ accipietur præſumptio? vide Bald. conſ. 113. vol. 2. Et quid ſi habeat beneficium & officium? Boer. deciſ. 10. *Giach.*

e *Fructibus.*] Sed nũquid Clericus plurium Eccleſiarum lucretur fructus omnium, ſi reſideat in vna? vide per Boer. deciſ. 17. vbi diſputat de fructibus groſſis. *Giach.*

f *Nunquid Papa.*] Poteſt tamen Clericus teſtari abſque licentia Papæ de diſtributionibus quotidianis: per Dec. in conſ. 280. in princ. Item, quod Papa poſſit dare Clerico licentiam teſtandi, vide etiam per Dec. in conſil. 157. nu. 4. vbi debet intelligi ſecundum ius commune, & ſine præiudicio alterius. Sed nunquid data licentia intelligatur de primo teſtamento, ita vt vagari haud poſſit; quod intelligatur de prima, ita vt nõ poſſit vagari, vide per Dec. in conſil. 112. allegato in text. in contrarium vide per Sarmen. eius tract. de reditibus Eccleſiaſticis. Item quod intelligatur ſecundum ius commune, vltra Dec. d. conſ. 157 tradit Roland. in conſ. 35. nu. 10. vol. 2. Et an licentiam teſtandi de bonis Eccleſiæ poſſit dare Papa abſque cauſa: communis opin. eſt quid ſic, vt refert Dec. ibi. 513. quæ data præſumitur propter antiquitatem temporis, vt per Crauet. in conſ. 36. At data licentia teſtandi non intelligitur codicillandi: vt per Soc. iun. conſil. 89. nu. 31. Et clericus quando poſtulat licentiam teſtandi de fructibus, quod debeat facere mentionem de illorum valore, & quantitate, atque de alijs, alias non valere, vide per Bart. conſil. 33. *Giach.*

*Nunquid Papa poſſit dare licentiam clerico teſtandi de bonis Eccleſiæ.*]

3 Adde † videndos Didacũ Couar. in capit. cum inofficijs 7. ext. de teſtament. Graſſum d. q. 34. nu. 9. & Reuſnerum d. c. 32. num. 16. alioſque ab hic citatos.

4 Sane † ne Papa quidem, aut ſummus Pontifex ipſe aliter teſtari poteſt, niſi de bonis ſuis patrimonialibus: non autem de Pon-

*d. conſil. 314. in littera E. & conſil. 228. in littera E. lib. 4. Bene verum eſt, quod ſi probetur, quod Clericus habebat patrimonium, vel officium, vel exercitium, vel aliquid aliud, ex quo potuerit illa acquirere, præſumitur acquiſiuiſſe, ſecundum quod magis eſt veriſimile & in hoc concordant communiter omnes, vt dicit Corn. alleg. conſ. 88. in littera R. lib. 2. & ideo hoc caſu bonum eſſet habere Iudicem fauorabilem.*

4 *Dixi ſecundo, quod habet Clericus, ſeu Prælatus, bona Eccleſiæ, ſeu beneficij, intellige, tanquam ſimplex adminiſtrator; etenim eſt eorum dominus, aut poſſeſſor, vt dixi ſupra lib. 2. §. Prælatus. Et de iſtis bonis non eſt aliquo modo tractandum: quia bona Eccleſiæ ſunt Dei, & ſunt reſeruata, vt de eorum*
e *fructibus ſubueniatur egentibus, c. videntes 12. q. 1. merito non poteſt Prælatus, aut Clericus de eis diſponere aut teſtari. Et hoc eſt indubitatum.*

5 *Sed quæro, nunquid* f *Papa*
f *poſſit dare licentiam Clerico, teſtandi de bonis Eccleſiæ? Reſpon. quod ſic, & eſt communis opinio, vt dicit Dec. conſ. 521. poſt num. 3. nam (vt vulgaris eſt regula) Papa in beneficialibus omnia poteſt. Debent autem ex honeſtate ſummi Pontifices diligenter aduertere, ne id faciant ſine cauſa. Quamuis enim omnia liceant, non tamen omnia expediunt.*

6 *Tertio dixi, quod poteſt habere Clericus bona quæſita ex*
g *fructibus Eccleſiæ; & de huiuſmodi bonis pariter Clericus ſeu Prælatus teſtari nõ poteſt. Nam tali bona ſunt Eccleſiæ, & pertinent ad ſucceſſores in beneficio; non autem ad hæredes ipſius Clerici, ſiue Prælati; & caueant Prælati, qui in fraudem Eccleſiarum ſuarum, per tertias perſonas prædia acquiri faciunt ex pecunijs per eos cumulatis ex fructib. beneficiorum ſuorum, vt ea in propinquos ſuos poſtea perueniãt: quia dum alios fallere putant, ſeipſos potius deijciunt in æternum vitæ interitum. Deum enim non fallunt, cui nihil eſt occultum.*

7 *Sed an poterit ſummus Pontifex concedere Prælatis, vt de talibus bonis poſſint teſtari? Reſp. quod ſic. Et in ſpecie, quod Papa poſſit concedere Cardinali, vt teſtetur de bonis quæſitis ex fructibus ſuorum beneficiorum, tenuit Hoſt. in ſumma de pœnit. & remiſſ. §. qui confitendum. verſ. Cui Cardinales, & ita communiter tenetur, vt ait Dec. conſil. 157. poſt nu. 1. verſ. vlterius etiam.*

8 *Quarto videndum eſt, quid de ipſis fructibus extantibus, collectis in bonis Eccleſiæ, nunquid poſſit Clericus, vel Prælatus da eis teſtari? Hæc eſt ardua quæſtio, quæ indiget pontificia deciſione, vt dicit Barbat. in c. fin. de peculio clerico, in hoc autem articulo habemus gloſſ. ordinariam, ad quam ſemper recurrimus, in c. præſenti, §. porro. in verb. Reſeruari, de offic. ordin. in 6. quæ refert quãdam diſtinctionem Hoſtienſ. in d. c. fin. de pecul. cler. diſtinguẽtis in hunc modum. Aut clericus habet ad miniſtrationem, & talis clericus, quamdiu viuit, & ſanus eſt, æquiparatur vſufructuario: & ideo poteſt de ipſius fructibus donare, moderate tamen. Cum autem incipit firmari, tunc incipit etiam æquiparari vſuario: & ſic nihil habet ex fructibus beneficij præter proprium vſum, & facultatem de eis dandi eleemoſynam pauperibus, non autẽ poteſt de eis teſtari. Aut vero clericus non habet adminiſtrationem, ſed eſt perſonaliter, & ſimpliciter beneficiatus: & talis ſemper comparatur vſufructuario, & facit fructus ſuos, & de eis poteſt tam in vita quã in morte diſponere, & teſtari; & ſubdit gloſ. quod hanc diſtinctionem approbat quaſi vbiq; generalis conſuetudo. Ita etiã de conſuetudine communiter obſeruari atteſtatur Butr. in cap. peruenit. de fideiuſſ. quem refert Corn. in d. conſ. 314. in littera B. lib. 3. Idem dicit Butr. in cap. 1. de cauſa poſſ. & prop. quem refert Imol. in cap. fin. poſt num. 11. de pec. cler. Cald. in d. c. fin. Imol. in c. relatum, el 2. num. 2. in fin. de teſt. & in c. requiſiſti, nu. 45. in fin. eo. tit. & in c. quia nos, nu. 5. eo. tit. vbi habetur, quod ita cõmuniter ſeruatur, & tenetur. Hanc etiam opin. dicit eſſe cõmunem Imol. in d. c. peruenit, poſt nu. 31. de fideiuſſ. Bellon. conſ. 3. nu. 2. & dicit Boer. cõſ. 48. nu. 1. quod illam gloſ. ſequuntur cõmuniter Scriben. Contraria tamen opin. quod ſcilicet Clericus nõ poſſit de fructibus beneficij ſui teſtari, tenuit ſimpliciter gloſ. in d. c. fin. in verb. Obitus, de pecul. cleric. & Archid. in c. ſtatutum, §. aſſeſſorem, de reſcript. in 6. & hac opin. dicit cõmuniter teneri*

Card.

tificatu, alijſque ad Pontificatum pertinentibus, hoc eſt, de B. Petri patrimonio, vt vulgo loquuntur, gloſſ. in l. cum hæredes. 7. ſuper verb. liceat, C. qui teſtamẽt. fac. poſt. Philipp. Franc. ad ru-
5 br. de teſt. lib. 6. Perinde † vt nec Imperator de imperio, aut ad ius Imperij pertinentibus hodie teſtari poſſe creditur, vt notat idem Francus in d. rubr. verſ. vigeſimoquarto prohibetur Imperator, &c. eumque referens Reuſn. d. cap. 32. num. 21. & ſeq. Atque huc pertinent, quæ de poteſtate Imperatoris latiſſime tradidimus ad Epigrapen proœmij Inſtitution. nu. 45. & multis ſequentib. *Harprec.*

g *Ex fructibus.*] Imò quod Clericus teſtari poſſit de fructibus beneficij, vide per Alexan. in conſil. 101. & 110. per Bell. 3. Anna. 87. Iaſ. 75. in 3. & 85. vol. 4. Et vbi non teſtetur, an tranſeant ad eius ſucceſſorem? vide Bald. conſil. 313. vol. 2. & omnino per Bello. eod. conſ. 3. Et quod ad hæredem ſtante conſuetudine: vide ad Anna. d. conſil. 87. nu. fin. per Bologn. in addition. Sed quid de penſionibus nondum obtentis? per Bellon. ibid. Et quid de bonis Clerico obuentis ex ſucceſſione parentum, vel donatione conſanguineorum? vide per Ann. d. conſil. 87. vbi etiam num. 2. quid in bonis acquiſitis intuitu ſeruitij perſonalis. Item quod Clerici teſtari poſſint de bonis proprijs, vel acquiſitis intuitu perſonæ, de acquiſitis vero intuitu Eccleſiæ, quod non, habetur, atque notatur in c. cum eſſes, &c. cum in officijs. de teſtam. *Giach.*

Cle-



h *Clerici.*] An Clericus poſſit dotare filiam? vide per Lud. in c. veſtras. §. 23. de don. int. vir. & vx. verum quod haud poſſit donare concubinæ etiã cum iuramẽto, vide per Crauetius conſ. 219. n. 3. & per totum, per Natt. cõſ. 550. fallit propter benerita per Tiraq. in l. ſi vnquam. C. de reuoc. dona. pag. 146. Sed de meritis haud ſtandum eſt confeſſioni donatoris: quoniam aliter debent probari, vt tradit Crauet. vbi ſupra. Item quod Clericus poſſit par- tuos conſanguineos alere, atque ſororem inopẽ dotare de redditibus Eccleſiæ, vide per Natt. conſil. 211. num. 21. *Giach.*

*Card. in c. fi. quẽ refert Bolog. in addit. ad conſ. 10. de Ana. 87. poſt nu. 4. Dicit etiam Nic. de Vbald. de ſucceſſ. ab inteſt. in vlt. particula poſt nu. 19. verſ. Non obſtant motiua, quod in quibuſcunque redditib. beneficiorũ clerici morte in æquiparantur vſurario potius, quam vſufructuario, & quod hæc videtur magis communis ſententia Doctorum. Et dicit Iaſ. cõſ. 75. col. 2. verſ. nec obſtat fundamentum, lib. 3. quod hæc opinio eſt magis communis: quod imò Clericus beneficiatus, ſiue habeat adminiſtrationem, ſiue nõ indiſtinctè prohibetur de fructibus beneficij, etiam perceptis, & reconditi teſtari: & hoc ſiue ei ſuccedat in ipſa Eccleſia ſiue ſucceſſor in beneficio. Sed quidquid dicit Iaſ. tenenda eſt opin. Hoſtienſ. & gloſſ. in d. §. porro, quam ſemper, & vbiq; vidi ſeruari, ſaltem in fructibus collectis, & reconditis. quæ magis etiam de plano procederet, vbi extaret conſuetudo, quod fructus ſpectarent hæredi Clerici, nõ autem ſucceſſori in beneficio: nam eo caſu proculdubio poſſet Clericus de eis teſtari. Et ita tenent communiter Doctores, vt dicit Bellon. in d. conſil. 3. num. 1.*

9 *An autẽ Cler. ſi inteſtatus decedat, huiuſmodi fructus ad hæredes ſuos tranſmittat? dixi ſupra hoc eodem libro, §. 1.*

10 *Quinto dixi, quod Clerici habent etiam quotidianas diſtributiones: Quæro an de illis poſſint teſtari? Reſp. quod in hoc etiam variæ opiniones ſunt inter Doct. Nam aliqui tenent, quod tam in huiuſmodi quotidianis diſtributionibus, quam in alijs redditibus beneficiorum Clerici potius cenſendi ſunt adminiſtratores, & in morte vſurarij, quam domini, vel vſufructuarij, & dicit Nicol. de Vbald. in d. vlt. particula, poſt numer. 19. quod hæc videtur communis ſententia Doctorum. Contrariam autem opinionẽ, quod ſcilicet, quod tales diſtributiones quotidianæ efficiantur propriæ clericorum, tenuit Guliel. de Monte Laud. & hanc eſſe magis communem affirmat Pariſ. conſil. 33. num. 7. & ſequent. lib. 4. vbi plures auctoritates recenſet; & hæc proculdubio in via iudicij obtineret, prout etiam fateri videtur Nicol. de Vbal. in loco præallegato. Licet enim negari non poſſit, quin quodammodo dicantur acquiſitæ intuitu Eccleſiæ; tamen principaliter dantur intuitu perſonæ, propter diuturnã operam,*
h *& laborem; merito Clerici* h *eas faciunt proprias, & de eis poſſunt ad libitum diſponere. Et ita obſeruatur in practica, maximè in iam exactis; & aduerte, vt ſemper conſulendo, aut iudicando adhæreas communi obſeruantiæ; quia in prædictis quæſtionibus præcipuè eſt attendenda conſuetudo prouinciæ, vt affirmant Doctores in locis præalleg.*

# QVÆSTIO XXVIII.

## SVMMARIA.

### Ex Claro.

1 *Monachus, vel Religioſus an poſſit condere teſtamentum.*
2 *Et numquid ante religionis ingreſſum.*
3 *Et quid ſit minor prodigus, vel furioſus.*
4 *Et an tale teſtamentum ſubſecuto ingreſſu annulletur.*
5 *Et quid ſi tempore teſtamenti cogitauit de religioni ingreſſu.*
6 *Et an poſſit condere teſtamentum poſt ingreſſum religionis, ſed ante profeſſionem.*
7 *Et an poſt factam profeſſionem.*
8 *Et an inter liberos.*
9 *Et an poſſit teſtamentum conditum reuocare.*

### Ex Additionibus.

1 *Num Monachus contemplatione ingreſſis poſſit teſtari, etiam non ſeruata ſolemnitate iuris communis.*
2 *Plus concedi debet militibus cæleſtis, quàm armatæ militiæ.*
3 *Spiritualis temporalibus præferenda.*
4 *Minus eſt in ſpe, quàm in re.*
5 *Fauore religionis priuilegiatur volens ingredi ad hoc, vt inuitetur ad ingreſſum.*
6 *Vbicunque publica verſatur vtilitas, idem iudicatur de eo, qui eſt in via ad actum, prout de eo, qui eſt in actu.*
7 *Qui de proximo creandus eſt miles, pro milite habetur.*
8 *Potentia propinqua actui habetur pro ipſo actu.*
9 *Pœna ſtatuti de offendente ſcholarem matriculatum, in qui locum habet.*
10 *Mens, & intellectus, Nouell. 5. cap. 5.*
11 *Sententia can. quia ingredientibus. 7. cau. 19. q. vlt.*
12 *An teſtamentum conditum ante religionis ingreſſum per ſubſequentem poſtea ingreſſum irritetur, remiſſiuè.*
13 *An, & quatenus monachus poſt ingreſſum, & ante profeſſionem teſtamentum facere poſſit.*
14 *Intellectus auth. ingreſſi, C. de ſacroſ. eccleſ.*
15 *Si ingreſſus monaſterium moriatur intra annum probationis, cui debeantur eius bona, num monaſterio, an venientibus ab inteſtato.*
16 *Vtrum Monachus poſt profeſſionem poſſit facere teſtamẽtum.*
17 *Et quid, ſi efficiatur Epiſcopus.*
18 *Et quid ſi ingreſſus proteſtatus ſit, vt poſſit bona retinere.*
19 *Quo pacto pater, qui monaſterium ingreditur, inter liberos teſtari queat poſt profeſſionem.*
20 *Et quid ſi non habeat liberos, ſed parentes, an inter ipſos parẽtes teſtare valeat.*
21 *Vt legitima filiorum, ita & parentum aucta eſt.*
22 *Parentes in legitima ſuperant pauperes, & captiuos.*
23 *Parentes quatenus donationem inofficioſam reuocari poſſint.*
24 *Monaſterium quando filij loco habeat.*
25 *An monaſterium fictus filius dici queat.*
26 *Fictio imitari debet naturam.*
27 *An, & quatenus monachus poſt profeſſionem poſſit reuocare, aut mutare teſtamentum ante profeſſionem factũ, remiſſ.*

## ADDITIONES.

a IN *primo tẽpore certũ eſt, &c.*]
1 Monachus ante ingreſſũ monaſterij non modo teſtamentum facere poteſt, per rationem hic à Claro adductam: ſed etiamſi quiſpiam teſtari velit ante Religionis ingreſſum, intuitu tamen, ſiue contemplatione ipſius ingreſſus teſtari poterit, etiam non ſeruata ſolemnitate iuris communis, vt poſt Bartolum, & Decium, hic laudatos tenent Iaſ. in Authentic. ſi qua mulier, nume. 21. & 23. C. de ſacroſanct. Eccleſ. Panor. & Anton. de Butrio in c. præſentia 8. de probatio. hoſque allegãs Thadæus Piſo lib. 1. variar. reſolu. cap. 8. num. 3. Et licet hæc opinio in puncto iuris te-

ſte

## QVÆSTIO XXVIII.

1 *QVæro, nunquid Monachus, vel Religioſus, habeant teſtamenti factionem? Reſpondeo, videndum eſt in primis, an poſſint teſtamentum condere: Secundo, An ipſi poſſint capere ex Teſtamento aliorum. Quo ad primam, diſtinguenda ſunt tria tempora. Primum eſt, ante ingreſſum. Secundum eſt, poſt ingreſſum, ſed ante factam profeſſionem. Tertium eſt, poſt factam profeſſionem.*

2 a *In primo* a *tempore certum eſt, quod quicunque modo alias ſit habilis ad teſtandum, poterit teſtamentum condere,*